e-codices

PSEVDOLVS.

N am in foro uix decumus quiſqſ eſt qui ipſus ſe ſe nouerit
Pſe S aluos ſum iam philoſophatur. Si hominem ego hic quero
M alum legirupam impium periurum atq; improbum
bal M e queritat nam illa ſunt cognomenta nomen ſi memoret modo
Q uod ē ei homini nomen. Si Leno Ballio
bal S um ego ipſe ego ſum aduleſcens quem tu queritas
Si T u ne eſ ballio. bal ego enim uero is ſum
Si V t ueſtitus eſt perfoſſor parietum. bal cedo in tenebris
C onſpicatuſ ſi ſis me abſtineaſ manum. Si herus meuſ
T ibi me ſalutem multam uoluit dicere hanc eplam accipe
A me hanc me t iuſſit dare bal quiſ is homo ē q iuſſit.
Pſe P erij: nunc homo in medio luto ē nomen neſcit. heret hec res
Ba Q uem hanc miſiſſe ad me autumaſ. Si noſce imaginem tu te eius
N omen memorato mihi ut ſciam te Ballionē eſſe ipſum
Ba C edo m eplam. Si accipe ignoſce ſignum bal oho polimachero
P urus putus eſt ipſus noui heus polimachero placideſ
Si P lacideſ nomen ē. ſcio iam t me recte dediſſe epiſtolam
P oſtq̄ polimachero placide elocutus nomen eſ. bal ſed quid
A git is Si quod homo edepol fortiſ atq; bellator probus: ſ; propera
H anc pellegere queſo eplam. ita negotium ē atq; accipere
A rgentum attutum mulieremq; mihi emittere. nam neceſſe eſt
H odie ſicioni me ēē aut craſ mortem exequi. ita heruſ meus
E ſt imperioſus. bal noui notiſ predicas. Si propera pellegere
E piſtolam ergo. bal id ago ſi taceas modo. Mileſ lenoni ballioni.
C onſcriptam mittit polymachero placideſ imaginem
O bſignatam quae inter nos duo conuenit olim. Si ſimbolum
E ſt in epta bal uideo & cognoſco ſignum. ſ; in epyſtula
N ullam ſalutem mittere ſcriptam ſolet. Si ita militaris
D iſciplina eſt ballio. manu ſalutem mittunt bone uolentibus
E adem malam rem mittunt maleuolentibus
S ed ut occepiſti perge operam experirier quid epyſtula
I ſta narret. bal auſculta modo. harpax calator meus ē.
Q uid ad te uenit. tu ne eſ harpax. Si ego ſu; ipſe harpax quidem
bal Q ui eplam iſtam fert abeo argentum accipieſ. cum eo ſimul
M ulierem mitti uolo ſalutem dignum ē dignis
M ittere. te ſi arbitrarer dignum miſiſſem tibi

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 182r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0138/182r)